



## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad  
Aduentum

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Dominica Qvarta Post Pentecost.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

DOMINICA QUARTA  
POST PENTECOST.

## Partitio.

- I. De vi verbi Dei flexanima.  
 II. De piscium & hominum comparatione.  
 III. Cur in piscibus Dominus miraculum ostenderit?  
 IV. De nocturna piscatione, deq; Nihilo.  
 V. De Piscatoribus.  
 VI. De iussu: Duc in altum.

Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Luc. 5.

## FIGURA.

**T**obias iunior cum Angeli iussu se in flumen immisisset, ingentem piscem ad litus attraxit multorum deinde miraculorum operatorem: huius enim iecur dæmonium prostravit, ac deinde matrimonij vinculum solidavit & secundavit, quin & leniori Tobias oculorum usum reddidit. Longe digniorem hodie excellentioremque in Evangelio piscium multitudinem cõcludit, vt rete dirumperetur, & omnes ad insolitum rei spectaculum obstupescerent. quo de hac hora pluribus acturus sum. At quoniam mare cõscendendum est, spiritum Paracletum obsecremus, cursum nostrum vento gratiæ suæ vt dirigat, & Deiparam Virginem vt Cynosuræ & Helices instar, affulgeat: ideoque salutationem Angelicam offeramus, dicendo:

## AVE MARIA.

**P**ropheticus ille Rex Dauid, vir secundum cor Dei, cui parem mundus vix tulit, tanta in audiendo Dei verbo, eloquiisque diuinis dulcedine perfundebatur, vt non tam mel & Ambrosia palato, quam illa auribus grata forent; hinc gaudio exultans & dulcedine inebriatus, dicebat interdum: *Quam dulcis fauibus meis eloquia tua! super mel & fauum ori meo.* Caterum merito delicias illas, quas ex diuini verbi auditu promanantes animæ piolum percipiunt in immensum extulit; tantū

quippe voluptatis ac dulcedinis ipsum complectitur ac spirat, vt etiam sensus omnis expertia ad se trahat & alliciat, rupes & marmora emolliat, muros aeneos perfringat, nullumq; adeo durum & saxum reperiri coqueat, quod non, si nō aliqua ratione ipsum feriat & tangat, flectat & penetret.

Eloquentiam & flexanimum suadela depraedicans Sapiens, hisce verbis vsus est: *Tibia & Psalterium faciunt melodiam, sed super utraq; lingua suauis.* In omni genere eloquentia locum hoc habet, Auditores, at potissimum in diuina, quæ suavis ille accentus est concionatorum, & sacrae Euangelij buccinæ quæ ad linguæ vocem accentumq; temperatæ maiori auditorum voluptate perfundit, quam omnia musica, quæ in mundo haberi queant instrumenta. Huc accedit, quod ipsum Dei verbum, quod eorum ab ore fluit, virtus quædam supernaturalis sit, & tacita vis & tyrannis, quam Deus in huiusmodi concionatorum lingua sitam esse voluit, qua auditorum animos omnem in partem traherent, raperent, & inuitos etiam egerent, quæque maiori potentia polleret; quæ omnis armata & ferrata vis.

Ceterum egregio hieroglyphico veteres, auctore quidem Luciano, & relatores Valeriano, eloquentiam expressere: illius enim vim & potentiam in hominum animos volentes exprimere, Herculem pinxere, leonibus indutum exuuiis, dextra clauam, sinistra arcum & sagittas (quibus ille armis monstrabat, feras conficiebat, centauros necabat) gestantem ac plures ab eius ore catenas egredientes, quibus infinitam hominū multitudinem comprehendebat & stringebat, catena vniuscuiusq; auribus inserta. Quod egregio emblemate designauit Alciatus:

*Arcum laua tenet, rigidam fert dextera clauam.*

*Contegit & Nemeos corpora nuda leo.*

Nihil porro aliud omnibus his denotare conabantur; quam Herculem non tam neruorum fortitudine & armorum robore, quam eloquentia, sæculi sui homines, per agros instar ferarum palantes & vagabundas, & benigniorem melioremque vitæ rationem relicta barbarie, traduxisse. Atq; hinc efficio, si humana eloquentia & suadela hominū tan-

Eloquentia symbolum. Valerian. lib. 33 hieroglyph.

tum potuerit: quantum credendum sit, diuinam posse; & sane si verba diserta & cordata Herculis, barbaros ad mores humanos & ciuiles suscipiendos permouerint, & bestias perdomuerint: quid non factura est vis & potentia verbi diuini? an non homines ratione praeditos ad vitam meliorem transferet? an non cor simul & animam ad se, quanicumque; in partem, trahet?

*Lib. 6. de  
vii. Philos.*

Diogenes, referere Laertio, Antisthenem Philolophum dum assidue audiret, tant opere lectionibus illius delectabatur, & eloquentia rapiebatur, vt, quamuis eum praceptor ludo exigeret, & fustigationem si denuo rediret, comminaretur: pedibus illius aduolutus magno feruore diceret: *Cade, non enim ita durum baculus reperies, qui me abs te, quamdiu aliquid dixeris, quod discam arcere possit.* Et hoc Cynice; at si tanto tu Christiane, erga diuinam zelo & ardore flagrates, quanto Philolophus ille erga sapientiam humanam, nihil te a verbi diuini auditu auerteret.

*3. Reg. 10.*

Tanta Salomonis Regis eloquentia fuisse scribitur, vt omnes in admirationem raperet, & reginam Sabegam, ac plurimos Magnates ab vltimis Aethiopiae finibus exciuerit, qui illius sapientiam audituri Ierusalem confluabant. Porro si tanta humanae sapientiae & Philosophiae, quae intermori potest, vis est ac potentia, vt exteros & longo locorum intervallo distitos ad audiendum excitari:

Verbi Dei  
vis.

quantum robor sancta Dei viuentis & mori nescij, aeterni, regis caeli & terrae eloquia, habebunt in animis Christianorum & fidelium? an non illos quo lubuerit rapiet? an non ab omnibus saeculi negotiis auertere, eorumque odium ingerere poterunt, vt iisdem audiendis eo melius vacare queant, & auditis delectari. Quae qui libenter & magno cum gustu audierit, nae ille in electorum se numero collocabit.

*Hemil. 2. in  
1. ar.*

Delectari  
verbi Dei  
auditu, si-  
gnum est  
sani ani-  
mi.

Atque hoc sibi persuadet Chrysostomus, cum ardorem hunc & affectum ad Dei verbum audiendum inter signa praedestinationis & mentis sanae enumeret, idque hac similitudine: *Quemadmodum esurire bonam corporis valetudinem declarat, sic sermones appetere spirituales, animae sanitatem arguit.* Quemadmodum etiam qui piscem explorare cupit, num

recens sit & esui aptus, aures & branchias inspicit: si enim haec rubeant & recentes sint, laudandus est piscis; at si fereant & diffuant, obolo non emerem. Scita similitudo. Omnes in hoc inferiori orbe instar piscium sumus, in vasto mundi huius mari natitantes: si sanitatem bonitatemque nostram explorare volumus, ex auribus id colligendum est: si enita illae recentes sint, & verbo Dei audiendo delectemur, concionibusque; capimur, signum est, & quidem euident, praedestinationis: at si putrescant, & non nisi mundanarum concionibus pateant, certissimum argumentum est, interius ferere nos, & ad nihil valere, nisi vt miramur foras & concludamur ab hominibus. Comparationi meae subscribit Scriptura, dicens: *Qui ex Deo est, verbum Dei audit.*

Quam recentes, Deus bone, aures erant Dauidis regis, quantaque in audiendo Dei verbo voluptate perfundebatur: nam de se in quodam Psalmo testatur: *Labor ego super psalmum eloquia, sicut qui inuenit spolia multa.* Quibus verbis Spiritus S. Regis huius ardorem indicatum voluit: & comparationis sensus est hic, vt milites, postquam longa urbem obidione cinxerunt, si eadem tandem in direptionem ac praedam detur, pretiosissima quaeque diripiunt, sinum, saccos, & sportas complent, seseque nimium quantum onerant: non aliter, Domine, cum verbum tuum audire contingit, repleo cor, oculos, aures, & omnes animae facultates, vt sub spoliis caelestium onere fatiscam.

Egregius profecto feruor, vtinam parem Simile nos in iisdem eloquiis audiendis praeramus: dic mihi, si ciues alienius ciuitatis Principis sui odium incurrisent, omnesque morte, ob publicum & commune aliquod flagitium commiserissent: & Princeps, ea qua est clementia & benignitate, non satellites aut apparitores, non lictores aut tortores, qui illos ad mortem raperent, sed nobiles aliquos, & legatos mitteret, qui reconciliari & amicitiam ciuium ambire velle Principem dicerent, pacem afferrent, delicti veniam sponderent: quanto, putaris, gaudio, quanta exultatione, omnes accursuros, vt regias illas reconciliationis & veniae literas praelegi audirent. Sed euidentius hoc in verbi diuini promulgatione cerne-

etnere est. De<sup>o</sup> siquidē nobis iratus cū esset, nolūq; ead mortem & sempiternum supplicium, nisi resipiscamus, cōdemnati, ipse pro sua misericordia benignitateq; legatos nobis destinat, concionatores, inquam, qui pacem nobis denuncient, gloriæ sempiternæ pignus spondeant & polliceantur; quanto igitur affectu, quo zelo & ardore diuinorum decretorum diplomatūmq; promulgationem, in verbi diuini annuntiatione fieri solitam, audire nos æquum est?

Et hæc quidem hæcenus in verbi diuini præconium, eo quod hodierni diei Euangelium magnum multitudinis feruorem in Christi verbo audiendo ob oculos ponat. Videmus enim tantam hominū turbam Christo, magno illi Ecclesiæ adhæsisse, verborum doctrinæque dulcedine inescatar., vt non seipfos modo in vnum præ loci angustia constipati comprimerent, verum & in ipsum concionatorem eruerent inuiti, vt nullum in terra propriū vel sati. patentē locū inueniret, in quo concionē haberet; sed mare Galilææ conscendere necesse habuerit, & Petri cymbam in cathedram conuerterit; miraculisq; dicta confirmans, infinitam hominum multitudinem allexerit, innumerabilem piscium copiam Apostolorum reti conclusit, ita vt diu imperetur, atque hoc omnibus non medioerem admirationem pariebat. Euangelij textum depromamus, *Cum turba irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, Et ipse stabat super stagnum Genesareth.* Vt porro ordine debito in præfenti concione procedamus, primo de mari hoc, piscibus, piscationeq; præfenti sermonem instituemus; ac deinde de piscatoribus non nihil agemus. Si vero attentas mihi hic aures præbueritis, non ingrata, ore do, palato miracula audituri estis.

Quod ad primum igitur spectat, per mare Galilææ siue lacum Genesareth, miserum ac funestam hunc mundum denotari arbitror; ille siquidem mare est, mille ventis ac turbibus obnoxium, mille fluctibus & vadis commoveri solitum, mutationibus, motibus, vicissitudinibus que rerum infamē; mare, inquam, superbia turgidum, auaritia feruidum, luxuria denique spumofum. Hocce Philosophiæ dogmate vsus est Ioannes, O-

mne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. dicere vult, Mundus violentus & æstuans Oceanus est, in quo fluctus libidinis, temperates auaritiæ, & minaces superbiæ aquilones defæuiunt. Piscibus vero homines designari credo, vt nauicula Ecclesiæ, vt sagena sacram scripturam, vt mare mūdum; testabitur abunde distichum illud notissimum, in S. Petri nomine compositum:

*Ecclesiæ pro nauē rego, mibi clumata mundi  
Sunt mare, scriptura, retia, pisci homo*

Homines  
piscibus  
collati.

Et quemadmodum in mari pisces minores a maioribus deuorantur, ita quoque pauperes & miseri ab opulentioribus, & sæculi huius gigantibus; vnde Apostolus, *Nonne diuites per potentiam opprimunt vobis?* Et multo apertius Propheta Abacuc, *Et tunc denotantur im-*

lac. i.

Abac. i.

*pio iustio se, Et facies hominū quasi pisces maris?*

Atq; vt pisces maris incolæ in mari nati & educati, in mari & sale perpetuò victitates, saltem & saluginē aquarum marinarū non sentiunt; ita quoq; cosmophili, fluctibus & salis mundi huius aquis immergi & affueti, salem, amaritudinem, molestias, angustias, calamitates, miseriaq; illius, qui eorum stupor est, non percipiunt; ar mel, tauos, saccarum, delicias, voluptates esse putant omnia.

Israëlita quādiu in Ægypto seruitute premebantur, non nisi allia, porrum & capitata cepe comedebant, atq; in iis summam voluptatem & gustum nectareum situm arbitrabantur, vt & manna cibus ille, Angelorū paratus manibus cum iis comparatus, nauisam illis ac fastidium pareret; vt vel sola memoria illorum illecti, terram promissionis adire negligerent, & ad Ægyptū alii altericem semper aspirarent. Mirum profecto! quod aliis amarū & cepe & lachrymis excutere solet, gulonibus & lucronibus his instar ambrosiæ sapiebat. Idem penitus in mari mūdi huius videmus cōtingere circa eos præsertim, qui delicias & voluptates illius consecretantur, illiusque ineptias ambabus vlnis amplectuntur; quicunq; enim mundo seruiunt & obsecundant atque ex ipsius præscripto viuunt, nullo sensu aduersitatum, malorum, miseriarum, molestiarumq; hic occurrere solitarum habito, tantopere vanitatibus illius delectantur & ca-

Allegoria

Mundani  
non senti-  
unt mala,  
quæ mun-  
dus fouet.

& capiuntur; nihil vt voluntatem iis adferat aut in sipido & vitiato palato sapiat quod qui piis desipit & displicet, & quod lachrymas iis excutit, quod denique nauisam parit, iis nectar est & mera ambrosia. Sed ulterius.

Pisces filii maris sunt, fluuiorum domesti-  
ci & clientes extra quos viuere nesciunt: non aliter etiam homines; nam omnis illorū vita à sacris Baptismi aquis dependet vt sine illis ne viuere quidem aut respirare queant. Testem aduoco Euangelistam, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non potest intrare in regnum Dei.* Et figuram è veteris instrumenti depromo pharetra. Nūquam Naaman Syria ille purpuratus viuere, aut à lepra mundari potuisset; nisi prodigiosas illas Iordanis aquas intrasset, in quib. fese lauans & sanitatē recuperat, & vitam ruetur. Quod balneum sanctissimi Baptismi lauacrum denotat, quo peccatorum lepra auferretur, quodque vitam animis afferre solet.

Ad hæc pisces Oceani in colæ, & Neptuni parafiti semper in periculo sunt ne capiatur, quibus piscatores se nulla non hora insidiatur, mille retium, fagenarum, hamorum genera adaptant, mille artes & dolos ad irretiendum adhibent. Hominib. quoque mundi in colis, in mari mundi huius expatiantibus, maiora etiam imminet pericula; quibus diaboli nullo non tempore insidias struunt, piscatores illi versutissimi, qui die nocteq; explorant, & in occulto latent, varia tendicula, castes & laqueos in eorum perniciem tēdentes. Satan perpetuo per hocce mare volitat, semper nauigat, omnem in partem excubans rete semper & fagenam manibus præfert quo incautam animulam concludit, & in castes pertrahat de quo varicinans dixit Psaltes, *Cadent in reticulum eius peccatores.* Et apertius Sapiens, *sicut pisces capiuntur hamo, sic homines in tempore malo.* Ceterum per tempus malū, tempus haud dubie tentationum intelligit, vt & ad Ephesios Paulus, *Accipite armaturam Dei, vt possitis stare in die malo.* Nefarius profecto & subdolos piscator est, vt qui tempore Noe vniuersum propemodū terrarū orbem sub aquis in nassam pertraxerit; deinde in exitu Israel de Ægypto integros exercitus & Pharaonis turmas tum equestris, tum pe-

destres in mari rubro piscatus sit.

Præterea maiores pisces in mari, minores Afflicto-  
in fluuiis aquisque dulcioribus viuere solent. nes man-  
Docemur hic mystice, heroicas & generosas nis aquis  
illas magnorum virorum animas in afflictio- collatiz.  
num aduersitatumque Oceano exurgere & eminare; femininas vero & pusillanimes in dulcibus mundi huius riuus, fluuiisque prosperi-atum & deliciarum, hætere. An non Elias, Tobias, & Iob, aliique generosa quadam & mascula præditi indole semper in tribulationum salugine victitantur? sed diutius æquo mortalitates sectati sumus, historiam profequamur.

Dominus igitur Petri cymbam, id est, Ec-  
clesiam primitiuā cū subiisser, & laxari retia in capturā præcepisset, tanta piscium multi-  
tudo conclusa est, vt retia frangerentur, duo-  
que nauigia pisces nō caperent, q̄ sine miraculo profecto non aduenit; quodque vt miraculū semper Ecclesia suspexit. at non sine  
ratione & fundamento in piscibus miraculū hoc patrare voluit. In primis vero vt potentiam & authoritatem suam declararet, omnibusque testatur faceret, se supremum terre, marisque Dominum ac Monarcham esse, & omnia ad imperium & nutū suum tremere, & ad iussa capeffenda parata esse. Vnde non immerito ei aptari queat illud Psalms, *Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues, insuper & pecora campi, volucres cæli, & pisces maris.* Et vere olim siquidem cæstra Israelitarū repleuit coturnicibus, stabulum Bethleem beftiis, & hodie Petri nassam piscibus; è quibus omnibus regale illius imperium ac suprema in mare, terramque potentia euidenter demonstrari potest. In huius rei signum  
visus est in Apocalypsi, *dextrum habens eodem super mare, sinistrum autem super terram.* Quod euidentis argumentum est potentie, maiestatisque, & simul aperte demonstrat, illum archihalassum esse maris, & terræ Monarcham.

Secunda ratio est, quo infinitam bonitatem & admirabilem prouidentiam testatam faceret, qua æquali profus ratione erga omnes in genere & singulas in specie creaturas afficitur; vt simul etiam aliqua ratione iniuriam, quā tēpore diluuii piscib. intulisse for-

Ioan. 3.

4. Reg. 5.

Dæmones  
animas ea  
peregesti-  
unt.Psal 148.  
Ecclef. 9.

Ephes. 6.

Gen 7.

III.  
Cur De-  
minuam  
piscibus  
edidit  
miraculū

Psal.

Apoc.

sitam

stitan videri posset, illos deserendo resarciret, & nouo beneficio compensaret. Furentibus siquidem diluuii vndis, & aquis in terrâ omniumq; animalium perniciem intumescētib; singularē quandam omnium habuisse quadrupedum, reptilium, & auium curā visus est Deus, atq; vt genus cōseruaret omnes singulorū species in arca Noe voluit asseruari; solos porro pisces visus est neglexisse, vndatū eos & maris tempestatisq; furori committens. At hodie ex diuina providētia rem ponderaas, & suum vniciūque ius tribuere volens & pisces eadem, qua cetera olim animalia gratia affecerat, eū in arca Noe ab vndis & tempestatibus eadem tutatus est, cumulare gestiens; in Petri eos nauiculam admittit, *Et conclusorunt piscium multitudinem copiosam.*

3. Tertia ratio, cur circa pisces miraculum Christus hoc edere voluerit, est, vt demonstraret potentiam suam absolutam esse & vndequaque perfectam, & a nemine dependentem, vt & pisces, quib; nulla animalia libertatis amantiōra, & indomabiliōra, magisque disciplina subiectioniq; inimica, ei obsecundant, & ad nutū patuerint quamuis n. rempore ferocissima quæq; dōmentur animalia, & hominum iussis pareant, vt leones, vrsi, tigrides, aliaq; innumera; pisces tamen veritatem suam & bestialitatem nequeunt exuere: tamen enim hominem vt superiorem agnoscant, cuius vel vmbra metuunt & latebras petunt, vt mancipia viso Domino, nūquam tamen eius parere volunt legibus aut disciplinam aliquam subire, & nullo benevolentia signo permoti bruti manent & iugi impatientes. At hodie ad solam Iesu Christi voluntatem creatoris parentes mandato, celeriter adproperant, & ex intimis maris latebris sinibusque profundissimis, Petri reia subeunt. Adeo non sine admiratione de Christo dici queat, *Quis est hic, qui a mare & pisces obediunt ei.*

4. Quarta, vt mirabiles iustitiæ distributiōe in Deo nostro parerent effectus, vt qui nihil irremuneratū, nihil indotatum sinat præterire. Nā quoniam D. Petri cymba, loco cathedra, ad docendas turbas fuerat vsus, mirabili hac piscatione, aliquatenus parem visus est

gratiam voluisse referre; quasi hacce ratione damna compensare voluerit, quæ Petro forsitan intulisse videri posset, cymbam illius piscationi destinatā cathedræ vice vsurpando. Similia exempla in veteri testamento videre est.

Vidua Sareptana, quia Eliam Prophetam profugum in domum recepisset, & fame cōfectum enutrisset, oleum domi multiplicari & in immensum augeri vidit, vidit & filiū resuscitari. Quæ duo non sine euidēti miraculo peracta sunt. Eius porro discipulus Elias, cum ad aliquot dies in Samitidos casa hæssisset, sterili filiam impetrauit, & eum ipsum deinde mortuum ad vitam reuocauit. Huc referemus qui in Euangelio dicit Dominus, *Qui vos recipit, me recipit.* An non omnes hæ rationes prægnantes sunt & vestro iudicio, rei quam proposui, peraccommodat? vobiscum ipsi dispicite, interea ad lineam redibo & cœptam piscationem prosequar, in qua egregii mihi conceptus occurrunt.

Inprimis igitur hanc mirabilem piscationem in medium producere voluit, vt hac ratione Apostolos piscaretur, & visa captura ad animarū eius piscationem attraheret. Solum quippe Deus, quæ immensa eius bonitas, & media adhibere, quam ea ipsa ad quæ confidē viderit propensos & inclinatos. Ita, Chrylostomo teste, Magos, quod Astrologiæ periti essent & cœlestium moruum, influxuū, Planetarumq; operationum studiosi, stella noua pellexit; Apostolos vero opificio piscatores, numerosa piscium captura in vocatione confirmauit. Ecce & alium conceptum.

Christus prius quam Apostolos ad hanc piscationem vocaret, iubet vt à terra nonnihil recederent, & mari cymbam committerent, *Reducite*, inquit, *à terra pusillum.* Horum occasione verborum aio, quoniam omnes in Ecclesiæ nauicula sumus, naues in terra minime hætere oportere, id est, Christianorum animas rebus terrenis non debere immergi, easdem procul a negotiis curisque mundanis esse segregandas. Inprimis vero opuse est, vt concionatores vita & moribus, & agendi ratione procul a terra & littore secedant, id est, nihil quod mundum sapiant,

fapiant, ambitionem repudient, auaritiā detestentur, vanam gloriā horreant: verborum illorum cymba terrā nō adhærescat, sed in medio & pleno virtutum omnium, sanctitatis, probitatis, boniq; exempli Oceano nauiget & euagetur.

Num. 10.

Concionatores tubis colati.

Voluit olim Deus binas parari tubas, quibus populus conuocaretur, quando castra essent mouenda, sed tubas argenteas, ductiles, non vero fusiles. Hæc tubas dixerō concionatores, tubas & buccinas illas Euangelii, ad quarum clangorem peccatores dum vitii bellum indicendum est, conuocentur & excitentur: argentea sint oportet. nam vrargentum ab omni terrena concretione liberum & purum, coloris viuidi, & soni gratissimi est: ita quoque concionatores puri sint, vitæ immaculata & integræ, animæ puritate conspicui, vitæ rumore resonantes & celebres, conuersationisque exemplo laudandi. Ductiles quoque non fusiles, in incude elaboratæ, quod verbi diuini præcones mollitiæ fugere, suauitates detestari par sit, nullis quoque parcere periculis, labores adire, malleos, id est, molestias, pœnas, defatigationesque subire paratissimos. Ecce & alium conceptum non inferiorum.

IV. Mirabilis hæc piscatio non noctu, sed in curde die terdiu contigit: Apostoli siquidem cum tota hæc piscatio facta oleum perdidere, ne pisciculis quidem conclusit. Conquesti enim de labore exhausto, Quid nox & tamen vano: dicunt, *Tota nocte laborantes, hic signi- nihil cepimus.* Varia porro per noctem hanc intelligere possumus: in primis legem Mo-

saicam, quæ obscuritate & tenebris, vmbri- que plena fuit. Vnde Apostolus ad Hebræos, *Vmbra habet lex futurorum bonorum.*

In hac autem nocte nihil capere licebat, nec gratiam, nec iustificationem, nec peccatorum veniam: ipsæ quoque cœli fores obferatæ erant, & quidquid demum capiebatur, in sola Messia: venturi fide capiendum erat. 2. Mundum per noctem hanc intelligere quid vetat? mundum illum lippientem, cæcutientem, errantem, cuius dies mæra: noctes sunt, quique semper in tene-

bris ambulat, iuxta illud. *In tenebris ambulant: & qui in nubibus & densa mundi caligine laborant, quid quiescunt piscantur aliud quam laborem, molestias, misérias, anxietates?* 3. Ipsum peccatum obscura quadam nox est, idque ex mente Christi, *qui male agit, odit lucem*: hæc vero terram animi occupante nihil capere possumus: quam diu enim in damnationis & peccati statu versamur, quidquid boni operamur, inane est, perit, nec vllus inde redudat fructus aut meritum. 4. Quarto denique terra hæc nox amarā mortis horam etiam designare poterit, nox illa eclipseos, caliginis, tenebrarum: in qua incallum laboramus, iogemiscimus, cruciamur, & diuinam clementiam inuocamus: nihil tunc quippe capere licet, nullus gratiæ erit locus, vita non prolongabitur: nulla indulgentia dabitur, fauor nullus: tunc siquidem tempus iustitiæ, & nox illa plena discriminis, de qua in Euangelio, *Venet nox, in qua nemo potest operari.* Piscemur igitur, dum vitæ durant dies, quam diu gratiæ sol elucet, & quam diu in charitate legis Euangelicæ ambulamus, tunc enim infinita piscium capi solet multitudo, gratiarum inquam, veriæ, & misericordiæ. Sed aliud quid menti occurrit.

Vide egregiam hanc & fecundam piscationem in Dei nomine inchoari, & iussu Dei Petrum retia laxare: *In verbo autem, inquit, tuo laxabo retia.* Discamus hinc, semper in Dei velut ducis, nomine, actiones & opera auspicanda, diuinumque auxilium, ante quam quid exordiamur, inuocandum: simul etiam, quidquid in Dei nomine auspicamur, felici inceptum auspicio felicissimum vt plurimum habere exitum: sine quo omnia claudicant, labant, vacillant, in vanum laboramus, nihil capimus, similes piscatoribus hisce nostris, qui postquam tota nocte laborassent, nihil omnino capere potuerunt, donec tandem in Dei verbo laxatis retibus, innumeram piscium multitudinem conclusere.

Audiamus quomodo de se testentur, *Tota nocte laborantes nihil cepimus.* Eadem profenarorum cto fors est concionatorum, qui dies inter infelicitas

& vociferantur, & vix vnum ad meliorem  
 couertunt fugem; quorum figura fuit puer  
 ille Elisæi, qui viduæ filium magna conten-  
 tione ad vitam reuocare conatus, & quidem  
 frustra, tandem hero lacrymans ait: *Non sur-  
 rexit puer, non est vox, neq; sensus.* Quoniam hu-  
 iusce statui rei ratio potest non alia fortasse,  
 quam quod in Dei verbo retia non laxent,  
 sed alio fortitan respectu, & eo non usque-  
 quaque laudabili. Solus Naaman Iordanem  
 ingressus, à lepra mundatus fuit, quod & in  
 Dei verbo, & Elisæi iussu flumen intrauerit;  
 sexcenti alij quidem idem balneum subiue-  
 rant, sed, quod Propheta eodem illos nõ de-  
 stinasset, non fuere mundati. Illi deniq; soli  
 pisces concludunt, qui in Dei verbo laxant  
 retia, cæteris fortem tuam deplorado dicen-  
 tibus: *Nihil cepimus.*

3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.  
21.  
22.  
23.  
24.  
25.  
26.  
27.  
28.  
29.  
30.  
31.  
32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
47.  
48.  
49.  
50.  
51.  
52.  
53.  
54.  
55.  
56.  
57.  
58.  
59.  
60.  
61.  
62.  
63.  
64.  
65.  
66.  
67.  
68.  
69.  
70.  
71.  
72.  
73.  
74.  
75.  
76.  
77.  
78.  
79.  
80.  
81.  
82.  
83.  
84.  
85.  
86.  
87.  
88.  
89.  
90.  
91.  
92.  
93.  
94.  
95.  
96.  
97.  
98.  
99.  
100.

Infelicibus hisce peccatorib. similes haud  
 dubie sunt mali concionatores, qui, quod  
 non zelo animarum couertendarum accen-  
 sis, nec gloriæ diuinæ propagandæ cupiditate  
 flagrantes, sed inanis gloriolæ auræ captan-  
 dæ & auaritiæ ergo, verbum Dei prædicant:  
 quamuis noctes & dies integros laborent,  
 studiis incumbant, cerebrum studendo læ-  
 dant; ne hilum proficiunt, neve vllam pror-  
 sus animam conuertunt. Hinc de Apostolis  
 scriptum in eodem est Euangelio, non modo  
 nihil cepisse, sed quod longe deterius, retia  
 fregisse: *Resicebant*, inquit, *retia.* Idem etiam  
 accideret concionatoribus videmus, qui in  
 cathedris clamando se enecant, cerebrum fa-  
 tigant, & labore incassum posito, neminem  
 ad vitæ emendationem ad morum in melius  
 commutationem excitare queunt. Quibus  
 adapto dictum illud Propheta: *Ventum semi-  
 nabunt, & turbinem metent;* qui molendinis  
 vento agitari solitis eisdem comparat, mo-  
 lere vento flante assueris, quiescere vento  
 quiescente. Ita quoque inanes illi prædica-  
 tores non nisi vento vanæ cuiusdam auræ &  
 flabro populari reguntur, & quamdiu ventus  
 ille auribus illorum insufflatur, mira dicunt,  
 & alium crepant: at vbi ille subsederit, &  
 laudari desinunt, animo deficiunt & humi  
 serpunt. Nõ huiusmodi erat Apostolus Pau-  
 lus, qui hoc se purgans nomine de se testa-  
 tur: *Neg; aliquando fuimus in sermone adulatione*

*ni, neq; in occasione auaritiæ, Deus testis est, nec  
 quarentis ab hominibus gloriam, neq; à vobis,  
 neq; ab aliis.* Non igitur mirum est, eos, qui a-  
 liiter concionantur, nihil capere, & inclama-  
 re vsque ad raucedinem, *Nihil cepimus.*

Mundani, vt & alio sensu hoc exponamus,  
 numero horum piscatoru sunt, nihil omnino  
 capientes. Quot eheu! fuere, qui proiectis  
 in mundi huius profundum retibus, retibus,  
 inquam, artificiorum, ambitionis, astus, in-  
 uentionum, desiderioru inordinatorum, to-  
 roq; laborantes tempore, nihil omnino tora  
 vitæ nocte ceperunt? Quos Isaias araneis si-  
 miles perhibet, qui telas vt texant & calles,  
 quibus muscas caprent, sese emedullant &  
 necant, *Telas*, inquit, *aranea texuerit;* & sub-  
 iungit: *Opera eoru, opera inutilia, & cogitationes  
 eorum cogitationes inuiles.* Si illi cosmophili,  
 si vera illarum mancipia, Cæsares, Alexandri,  
 Darij, alij; Monarchæ orbis, qui multo sibi  
 sudore diademata pararunt, parataq; nõ mi-  
 nore retinere conati sunt, è sepulchris iã red-  
 irent; quanto gemitu, quot lachrymis, qua  
 poenitentia vnanimiter clamarent: *Per totam  
 laborantes noctem, nihil cepimus.* Quorum la-  
 menta confessionemq; Sapiens, scelerum  
 omnium apud inferos damnatoru, & præ ra-  
 bie vociferantium nomine, significat, *Lassati Sap. 5.  
 sumus in via iniquitatis & perditionis, &ambu-  
 lauimus vias difficiles, & apud Dauidem mani-  
 festius, Dormierunt somnum suum, & nihil in-  
 uenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.*

Vanitatem hanc ob oculos melius positu-  
 rus Ioannes Damascenus, simulque inutiles  
 quos in mundo subire oportet labores & su-  
 dores, parabolam fingit egregiam sane & iu-  
 cundam. Deposcebatur quidam ad mortem,  
 criminis commissi reus, qua se verteret ne-  
 sciebat, nulla aliunde liberationis affulgebat  
 spes, nisi forsità in amicis, qui illius apud iu-  
 dicem patrocinium susciperent. Porro tres  
 amicos habuerat, eũ quorum duob. magna  
 ei intercesserat familiaritas & necessitudo,  
 tertium vero neglexerat, neve vsq; adeo di-  
 lexerat. In hac igitur necessitate constitutus  
 amicorum primum adit, supplex rogat, sui  
 ergo vt apud iudicem intercederet, ac de me-  
 liore nota commendaret; qui hoc se facturũ  
 negat, sed honoris erga ad mortem eum co-  
 mitatu-



mitaturum: qua spe frustratus, secundum accessit, qui nihil aliud se facturum ait, quā duo inuolucra lacera daturum, quibus post mortem inuolui queat. Quare iratus, & pudore suffusus, tertium tandem adire statuit, licet nullum ab illo speraret auxilium; a quo benigne receptus est, quiq; causam se illius acturum apud iudicem respondit, & patrocinium suscepturum. Primus ille amicus quem tanti facimus, ipsi parentes sunt & cōsanguinei, qui cum maxime foret necesse, in mortis nempe hora, nos deserunt, nullumq; aliud officium defuncto prāstant, quam funus & exequias ad sepulchrum vsque comitari. Alter sunt diuitiā, a quibus aliud impetrare non possumus, quam vilia quādam inuolucra; indusum scilicet & sudarium, quod in itinere illo longinquo, in altero orbe, vsui esse queat. Tertius vero, ipsa virtus, verus & sincerus ille amicus, quā nunquā hominem deserit, illius patrocinium suscipit, & coram diuinā maiestatis tribunali viriliter defendit, opera enim illorum sequuntur illi. *Ceterū de duobus aliis Propheta ait, seruietis diu alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte, mundo, inquam, & diuitiis; quibus cum seruiueritis, incassum cucurristis, frustra laborastis, nihil cepistis, & dicere poteritis, Laborantes nihil cepimus.*

*Gen. 3.* Iacob Patriarcha, atatis florem, & viginti annos Labani idololatric obsequio impendit, a quo tamen nullam obsequij officijq; mercedem recepit; hinc sapius sortem suam deplorans, & ingratitude Labani exaggerans, dicebat: *Mutauit mercedem meam accem*

*Allegoria.* *vicius.* Idololatra hic mundus est, gener illius Iacob mundanos reprāsentat, qui amore filiarum illius, id est, diuitiarum flagrant, magno affectu, sudore, molestiaque socero huic seruientes, magna que discrimina illius nomine subeuntes, nulla omnino mercedem recipiunt, sed in cassum laborant, sudor ille ac labor frustra impenditur, ita vt tandem cum mundo expostulare, deque illius ingratitude conuerti cogantur, & fatentur a mundo se deceptos, mundum vero se fallere non potuisse, ac denique dicere: *Tota nocte laborantes, nihil cepimus.*

*Peccatum nihil est.* Et sane tot exhaustis laboribus, tot supe-

ratis difficultatibus, tanto sudore fuso, nihil capiunt; nihil enim restat illis quam peccatum, quod teste Augustino, merū nihil est; *quis est, nisi ipso factum est nihil,* intelligit, quod Deus peccati non sit auctor. Quam gloriā ille haud dubie, ab Apostolo didicerat, qui in prima Epistola ad Corinthios ait: *Quod si i. Cor. charitatem non habeam, nihil sum;* id est, si in peccati statu bonū edo opus, nihil sum. Dotissime profecto philosophatur; peccatum quippe omnibus hominem priuar, & creaturas in nihilum redigit: quod ipsum de se Psalmographus testatur: *Ad nihil iū redactus sum, & respexi.* Et de Lucifero Ezechiel: *Nihil factus es, & non eris in perpetuum;* ac dicere potes: *Nihil cepimus.*

Infelix, in fante, miser, & occareate peccator, quo Deum offendas, & mundo seruias lucrari te credis & capere plurimum; & cheu! nihil omnino capis: tot peccata admittis, quo vitā protrahas, & ipsa, vt mox ē duobus Prophetis intelliges, merū nihil est, Dauide in primis, dū ait: *Ecce mensur abies posui, sicut dies Vita nihil meos, & substantia mea tanquam nihilum ante meos.* Et deinde Iob: *Nihil enim sunt dies mei.* In signia illa proauorum, arma, scuta, titulos & nobilitatis seriem cōtinuare conaris, & nihil omnino est, vnde Isaia: *Ecce vos estis ex nobis, & opus vestrum ex eo quod non est.* Generosum stemma iactas, sanguinē nobile, ensem, veterisq; nobilitatis iura, sed scias velim ipsum nihil auum tuum esse, & opus tuum eo inuerti, quod reuera non est. Quæris famam & nomen, honores ambis, præconia consecraris, sed omnia merum nihil. Vnde Christus: *Si ego glorificabo me ipsum, gloria mea nihil est.* Authoritatem quæris, in alios imperium affectas, sed & hoc, ex mente Apostoli, nihil est: *Si quis, inquit, existimat se aliquid esse cum Gal. 6. nihil sit, ipse se seducat.* Tantopere sudas, laboras, terras & maria per agras pauperiem fugiens, per saxa, per ignes, vt diuitias coacerues, sed, si Sapientem audieris, nihil eas esse iudicabis: *Diuit. ac nihil esse duxi in comparatione Sap. 7. illius.* Totus denique mundus, ex Hieremias sententia, nihil est ac merū nihil: *Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil.* Quæ nā igitur illa tua audacia & vefania est, o homo, Deū nihil ergo offendere! fuit & illa olim Dauidis

*Apoc. 14.*

*Jerem. 16.*

*Gen. 3.*

*Allegoria.*

*Peccatum nihil est.*

*Peccatum priuano generalis.*

*Et cetera.*

*Vita nihil meos, & substantia mea tanquam nihilum ante meos.*

*Et deinde Iob: Nihil enim sunt dies mei.*

*In signia illa proauorum, arma, scuta, titulos & nobilitatis seriem cōtinuare conaris, & nihil omnino est, vnde Isaia: Ecce vos estis ex nobis, & opus vestrum ex eo quod non est.*

*Generosum stemma iactas, sanguinē nobile, ensem, veterisq; nobilitatis iura, sed scias velim ipsum nihil auum tuum esse, & opus tuum eo inuerti, quod reuera non est.*

*Quæris famam & nomen, honores ambis, præconia consecraris, sed omnia merum nihil.*

*Vnde Christus: Si ego glorificabo me ipsum, gloria mea nihil est.*

*Authoritatem quæris, in alios imperium affectas, sed & hoc, ex mente Apostoli, nihil est: Si quis, inquit, existimat se aliquid esse cum Gal. 6. nihil sit, ipse se seducat.*

*Tantopere sudas, laboras, terras & maria per agras pauperiem fugiens, per saxa, per ignes, vt diuitias coacerues, sed, si Sapientem audieris, nihil eas esse iudicabis: Diuit. ac nihil esse duxi in comparatione Sap. 7. illius.*

*Totus denique mundus, ex Hieremias sententia, nihil est ac merū nihil: Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil.*

*Quæ nā igitur illa tua audacia & vefania est, o homo, Deū nihil ergo offendere! fuit & illa olim Dauidis*

dis Prophete querimonia. *Propter quod irrita-  
uit impius Deum:* E quibus omnibus manife-  
stum euadet, miserana & inopem piscatione  
illam esse, quæ in mundi huius mari institui-  
tur, cum mundus ipse, & quidquid demum  
in mudo haberi & videri potest, nihil sit, vbi  
vero nihil est, nihil quoque capi potest: adeo  
vt qui hic aliquid capere & piscari intendit,

*Di. Iphimium Iuliu appingat, fluctibus aprum.*  
Verum relicta hac piscatura, de piscatorib<sup>9</sup>,  
qui in altera orationis nos expectant parte,  
non nihil loquamur: audire enim mihi iam  
videor Dominum Petro imperantem, *Duc m-  
alium, & laxate retia vestra in capturam.*

V. Cum enucleatius piscatores hos ex cutio,  
eorumque formam imaginando examino,  
duo piscatorum animas piscantium genera  
in mundi huius pelago reperio, vnum bono-  
rum, pratorum alterum. Boni quidem sunt  
Apostoli, concionatores, Ecclesie Doctores,  
virique Apostolici, quibus plenam piscandi  
Dominus autoritatem & potestatem in Eu-  
angelio concessit, *Faciam vos fieri piscatores  
hominum.* Adeo vt concionatores, ipsi pisco-  
tores sint: ipsum concionandi ministerium,  
piscatio: verbum Dei, retia: pisces vero, ani-  
ma. Magnus ille piscator Petrus, piscandi  
peritissimus, vt qui maxime, vno retis iactu,  
tria hominum millia, & alio non multo post  
tempore quina comprehendit: *Qui ergo rece-  
perunt sermonem eius, baptizati sunt, & apposi-  
ta sunt in die illa anima circumter tria millia.* Et  
quarto deinde capite: *Multi autem eorum, qui  
audierunt verbum, crediderunt, & factus est  
numerus eorum quinq; millia.*

Christus  
egregius  
piscator:  
At piscatorum omnium supremus ac prin-  
ceps fuit Christus, quo nullus vniquam in arte  
peritior: ipse quippe ceteros eandem edo-  
cuit, & toties tamq; assidue toto vite tem-  
pore piscatus est, vt tempestatibus quassatus, &  
huc atq; illuc per mare agitatus, tandem me-  
dius in fluctibus expiravit. *Veni, ait apud Pro-  
phetam, in altitudinem maris, & tempestas de-  
mersit me.* Ipse quoq; pisces omnes morti eri-  
puit, & sagena & nassa diaboli eductos, in  
suâ pertraxit. Ferunt torpedinem, (quem pi-  
scem Aegyptij hieroglyphicis, plurimorum  
in libertatem assertorem, & patriæ libertatis  
vindicem, exprimere volentes, depingebat)

cum à piscatore se conclusum vel hamo ca-  
tem vin-  
prum cum pluribus aliis sentit, noxiū quod-  
dam virus per retia & funiculum recta emit-  
tere, q; vbi paulatim ascendendo ad piscato-  
ris manus peringat, ita eandē inuadit, vt ab-  
iectis retibus & hamo, pisces omnes effugi-  
ant, seseq; in libertatem vindicent. Idem o-  
mnino mihi Dominus videtur egisse: cona-  
tus siquidem fuerat Satan sagena sua illū vna  
cum cæteris hominibus includere, sed illius  
ope & industria omnes in libertatem asserti  
sumus. Ob quam liberationem gratias agens  
David exclamat: *Dirupisti vincula mea, tibi Psal. 115.*

*sacrificabo hostiam laudu.* Id est, instar piscis  
Domine reti diabolico inclusus tenebar, ast  
ipse mei miserus, captiuitatis meæ vincula  
dirupisti, inq; libertatem me assertuisti; quo-  
tibi nomine immensas agere gratias teneor,  
inque grati animi signū, toto vitæ meæ tem-  
pore laudis tibi sacrificium immolabo.

Mali autē & imperiti piscatores sunt, pseu-  
dopropheta, hæretici, ministri, qui incautas mali pi-  
scatores.  
animas nouarum sectarum retibus includunt,  
& hæresum hamo attrahunt: ficta quadam  
libertate & fucata reformatione nequitiam  
ac versutiam suam palliantes: Sunt quippe  
infausti illi piscatores, quos Dominus olim  
Iudææ, & vniuerso deinde mundo in flagel-  
lum se missurum prænuuntiauit: *Ecco ego mis-  
tam piscatores multos, dicit Dominus, & pisco-  
buntur eos.* Sunt piscatores illi in turbida Eu-  
ripi, huius inquam, mundi aqua semper pi-  
scantes; sub archipiscatore satana, in cuius  
cassides peccatrices animas inciderūt, (vt qui-  
dē Propheta vaticinatus est: *Cadent in retima-  
culo eius peccatores*) subalternatim constituti.

Horum scelestorum piscatorum de numero Dialog.  
fuit Arius Diaconus Alexandrinus, aduersus cōtra Lu-  
quem I. Concilium Nicenum 318. Episcopo-  
ciferian.  
rum fuit coactum: cuius verriculum totus  
propemodum subiuit orbis, nam referente  
Hieronymo, *Totus orbis terrarum ingemuit, & Hist. Tri-  
se Arrianum esse miratus est:* retiaq; eius ducē-  
part. lib. 4.  
tis & amplius etiam post obitum annis ex-  
cap. 8.  
rensa permansere per vniuersum Orientem,  
& intimos maris Africani sinus: Macedoni-  
us violenter in Constantinopolitanam ca-  
thedram sese ingerens, alius etiam piscator  
fuit, Arius non inferior. Idque circa annum

Domini 388. ille *τὸ δὲ μὲν ἄρχοντος* auctor & coryphaeus: mordicus defendens, Spiritum sanctum non nisi puram creaturam esse; infinitam ille hominum multitudinem in haereses nassam pertraxit, pluresque haud dubie pertraxisset, nisi concilium Constantinopolitanum cursum retardasset, & nefaria eius molimina retudisset. Alius quoque pestilens piscator Pelagius circa annum Domini 400. (qui peccato Adamsi proscripto, infantes iam inde ab utero matris innocuos esse, & ab omni peccato immunes asserens, naturaeque potentiam & vires nimium quantum deprecians & extollens remissionem peccatorum ei adscribere non dubitavit) copiosum animarum numerum retibus includit, donec tandem Augustinus & Hieronymus, eius retibus diffractis & conuulsis, eum à piscando abstinere coegerunt, & mari interdixerunt. Eiusdem quoque farinae fuit Nestorius, etiam Episcopus Constantinopolitanus, sed honoris stientissimus & superbia turgidus, ut qui maxime asserere praesumens, Virginem Mariam Dei matrem non esse dicendam, simul etiam Iudaeos Deum cruci non affixisse: plurimos blasphemo hoc hamo atraxit, plures haud dubie piscaturus, si Oecumenius cum Concilio Ephesi indictum, cui Cyrillus Alexandrinus summa cum auctoritate praesedit, anno 437. coactum conatus eius non recidisset.

Subdolos quoque ac versutus piscator fuit Manes Manichaeorum omnium Princeps natione Persa; cuius cum errores per vniuersam Arabiam, Aegyptum & Africam ducentorum annorum spacio, caneri instar serpsissent, plurimos sagena conclusit, atque inter ceteros, Faustum, Felicem, Fortunatum, Ademantum, Augustinum: quorum postremum nouem ipsos annos detentus fuit, sed tandem ad veritatem Evangelicam, Dei miserante gratia, perductus crudele iis bellum indixit: neque tantus eorum prius propugnator fuit, quantum deinde oppugnator. Lutherus denique, Zuinglius, Melanthon, Oecolampadius, Calvinus, & alij plurimi, pessimi quoque & virulenti piscatores fuere, qui innumerabiles animas tam per Galliam, quam per Angliam & Germaniam & vniuersas pro-

pemodum Europae Prouincias, circumuenierunt, dixi circumuenierunt; quod haereticorum quidem est animas fallere & irretire, non vero capere & piscari: extra Ecclesiam quippe retia non laxantur in capturam, sed solum in deceptionem & direptionem. Lutherus, Calvinus, Beza, alijque plurimi, retia quidem erectunt, sed ut animas perderent, fallerent, irretirent, non vero piscarentur. Solum Petro eiusque successoribus Dominus dixit: *Laxate retia vestra in capturam*. Sola enim Petri sagena animae capiuntur, extra illam mera perditio, circumuentio, & impostura. Deinde Dominus non modo ei piscandi, animasque capiendi potestatem tradidit & auctoritatem, sed plenam ubique etiam in alto mari, piscandi licentiam. Audiamus auctoritatis patentes & diplomata, *Duc in altum*.

Quam alte, quam sublime nos *altum* hoc euehet, & praelaros ac luculentos conceptus suggeret; dicendum est igitur, *altum* hoc loco profundum denotare, ut & illo Ioannis loco, *Puteus altus est*, id est, profundus; & alio Psalmodum: *Veni in altitudinem maris*, *Tempestas demersit me*: quibus locis altitudo pro profunditate accipienda est, & iuxta hunc sensum solus Petrus cymbam ingenij altum, mysteriorum profunditatemque rerum diuinarum duxit, tunc praefertim, quando Oceanum diuinitatis Iesu Christi ingressus, audacter ait: *Tu es Christus Dei vni*; perinde ac si dixisset: *Vulgus in littore tantummodo cognitionis meritorum tuorum ambulans, credit te Eliam, aut Ieremiam, aut vnum e Prophetis*: ac ipse in altum ducto nauigio, atque intimas mysteriorum abyssos penetrans, libere confiteor & sincere credo, diuinitatis te aliquid habere, imo Dei viuentis vniuentum esse.

Deinde *duc in altum*, tantumdem valet, ac si dixisset: *Non in solo stagno Genesareth, aut in angustiis Iudaeae sinibus cyraba, cuius te nauarchum & rectorem constitui, hereat: sed ulterius velificetur necesse est, altum gentilitatis & paganismi penetret: Ecclesiae nauigium non exiguis maris Tiberiadis terminis inclusum maneat, sed vniuersum nauiget Oceanum, & polum vtrumque; in limitem* & ter-

Aug. lib. de nat. & grat. Hier. tom. 3. par. 1. 4.

Epiph. lib. 2. tom. 2. Aug. lib. contra Faust.

Vl.

Varij sensus verborum, Duc in altum.

2.

& terminum habeat. Ita porro hoc exposuit Augustinus libro 2. quaest. Evangelicarum quaest. 2. Gregorius Moralium lib. 17. cap. 2. & Beda comment. c. 5. Verba Augustini producam, Quod dixit Petro, duc in altum, & lateretia vestra in captivam: ad remotiores gentes, quibus postea predicatum est, pertinet: sicut Isaias dicit, Tolle signum in gentes, ad eas qua prope, & ad eas qua longe.

Ecce & tertium sensum, Duc in altum: veteris synagoga Pontifex non nisi extremitates & limites superficiales mysteriorum vidit, at tu summus & supremus Ecclesiae Pontifex eorum profunditatem, altitudinem, abyssosque inspicias necesse est. Duc igitur in altum cymbam nauclere fidelium, Synagoga non nisi ymbrae & figuras vidit, at Ecclesiam rem ipsam, corpus & rei veritatem videre oportet. Lex Moisaica humilis fuit & imperfecta: at Evangelica altius ascendet, & omnibus erit numeris absoluta. In quam rem sexcentas proferre figuras poterimus.

Vidit Daniel Propheta Angulum, idque in veteri testamento, lata Zona, caeq; aurea circa renes accinctus: Ioanes vero in nouo eundem vidit, sed cingulum ad mamillas habentem, atq; hunc utrobique Iesu Christi figuram fuisse certum est. At cur putatis eum illic ad lumbos, hic vero ad mamillas cinctum? Quaestioni propositae satisfaciens Richardus de S. Victore, hoc cingendi discrimine Evangelii perfectionem ait designatam. Eum loquentem audiamus: In veteri testamento visus est Angelus Propheta cinctus renibus, quia ibi carnis opera exprobrata prohibebantur: in nouo autem Ioanni visus est praecinctus ad mamillas, quia nunc vel ipse cogitationes illicitas manifeste refranatur. Et clarius adhuc, doctus ille Panonius. Apud Danielem, inquit, praecinctus ad renes apparet, quia scriptura veteris testamenti ipsum opus luxuria arceat, nouum autem testamentum ipsum cogitationes. teste Christo in Evangelio, Qui vidit mulierem ad conuiscendum eam, iam mactatus est eam in corde suo. Ab operibus porro ad cogitationum edomationem peruenire non in altum est cymbam ducere, & Evangelicam perfectionem adornare? Merito igitur Ecclesiae nauclero dicere potuit, Duc in altum.

rius, visionem Ezechielis, qua hominem albis indutum, & funiculo templi magnitudinem latitudinemque dimetientem vidit (funiculo inquam lineo, de quo Propheta ait, funiculus lineus in manu eius) tropologicè exponens ait, Censura veteris legis funiculus fuit: sed lineus non fuit, quia eundem populum non subtili praedicatione coercuit, in quo per poena sententiam non peccata cogitationum, sed operis resecauit: at Christus funiculum lineum in manu sua tenuit, cum dixit Matth. 5. Audistis, quia dictum est antiquis, Non mactaberis: ego autem dico vobis, quia qui vidit mulierem, &c. Dicere vult. Olim opera vetuit lex, at modo etiam cogitationes rescindere Evangelium iubet: hoc sc. est in altum ducere, illa perfectio legis Evangelicae: illuc ducenda nauis, illuc cursus dirigendus.

Duc in altum, Origenes, qui anno Domini 189. in Ecclesia vixit, & sacras literas deinde Alexandria magna cum laude edocuit, ac postea decimo Seueri Imperat. anno pro Evangelio mortem obiit, anno Domini 206. hic inquam Origenes id ipsum & alia ratione designatum voluit, quod nimirum Moses, verum legis veteris exemplum, faciem haberet rutilantem, sed manus lepra cooperatas: Christus vero in sacro transfigurationis suae die habuerit & faciem & manus splendentes. Quod nimirum opera, quorum manus figura, in lege veteri penitus imperfecta essent: at in lege gratiae splendida, rutilantia, & summa perfectione dotata: atq; hinc Paulus in Epist. ad Galatas, Hebraeos, antiquae legis iugo pressos & melioris nefcios, pueros appellat: Christianos vero sub lege Evangelica constitutos viros perfectos, & variis bonis locupletatos. Hoc scilicet altum est, in quod Petrinae cymbae vela & manus diriguntur, quando ei dicitur, Duc in altum.

Et profecto ipsa lex vetus, lex horrois & terroris fuit: noua vero & Evangelica, amoris & fauoris. Ideo etiam Deus in lege Moysi, mucronem & cultrum, circumcisionis inquam, aliosq; quo sapius in populum suum sauebat, manu praetulit: at in noua, lege inquam gratiae, stellas: quomodo eum Ioannes in Apocalypsi vidit, Et habebat in dextera sua stellas septem. Mucro iustitiae, stella misericordiae.

Greg. hom. 13. in Ezec.

Hom. 11. in Exod. Exod. 34. Exod. 3. Comparatio legis veteris cum noua.

Gal. 3.

Lex vetus & terribilis.

Differen-  
tia legis  
Moisaicae  
& Euangeli-  
cae.  
Dan. 10.  
Apoc. 1.

Figura e-  
gregia.  
Hier. a. S.  
Vid.

Panonius.

Matth. 5.

Exch. 40.

dia symbolum est. Legis Mosaicæ infigue fuit, ensis, vt rigorē & supplicia delinquentibus intentanda demonstraret: lex Christi stellas in symbolū sumpsit, quo amorem influxuumq; cœlestium dulcedinem designaret. Atque omnibus his illius dignitas & perfectio denotatur, quo etiā cymba hæc cursum suum dirigere iubetur, *duc in altum.*

Doctus ille Arnobius legis vtriusq; mentione facta duobus illis luminaribus, quæ in ipso rerum primordio Deus in firmamento statuit, quæq; scite Psalter describit dicens, *Fecit duo luminaria magna, luminare maius, & luminare minus: solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis: vtramq; comparauit.* Vnde ait: *Fecit, inquit, luminaria duo magna, vnum in die noui testamenti, quod sicut sol radiat in lumine agentibus, aliud in nocte iudæica conuersantibus.* Huc respexit Psalmista cū in Euangelii laudem ait, *In sole posuit tabernaculum suum.* Atque hæc forsitan est ratio, cur Christus in Apocalypsi visus sit faciem habuisse instar solis rutilantem, Moyses vero instar Lunæ cornutæ, quo & illius perfectio & huius defectus significetur. Atq; huc Petri cymba tendit, cui dicitur, *Duc in altum.*

Lex denique antiqua graue onus, & iugū intolerabile fuit, cui ferendo vix sufficiant humeri. Hinc Apostoli in generali concilio Ierosolymis coacto dicunt, *Visum est Spiritui sancto, & nobis, nihil imponere vobis ultra oneris, quam hæc necessaria.* Quin & D. Thomas in Cōmentariis suis in Matthæum ait verba hæc. *Venite omnes, qui laboratis & onerati estis, de Iudæis potissimum legis iugo grauatis intelligenda.* Atq; ante illum etiā Apostolus ideo legem, *iugum seruitutis* nuncupare non dubitauit, *state, inquit, & nolite iterum iugo seruitutis contineri.* Næ illa iugum fuit & onus propter præceptorum ad quæ astringebantur Iudæi, multitudinem, quæ teste Lirano & Abulensi, ad sexcenta extendebantur, vix ferendum. At lex Euangelica & gratiæ fasciculus, leuissimus est, non grauare solitus eos, qui in humeros eum acceperunt, si quidē Christus de eodem testatur, *iugum enim meum suauis, & onus meum leue.* Horum omnium egregiam in lib. 1. Paralipomenon figuram contempletur. Leuitæ namque, dum arcam te-

stamenti ex ædibus Obededom in locum à Dauide Rege in Ierosolyma destinatum deferrent, à Domino mirabili quadam ratione adiuti sunt: dicitur enim, *Cumque adiuisset Deus Leuitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri & septem arietes.* Quo loco Rabbini Hebræorum testantur, vt eos producit Liranus, Arcam seipsam sustulisse diuinitus, nullumque onus Leuitis portare visis incubuisse, atque ideo in tanti beneficii agnitionem gratiarumq; actionē, victimas illas obtulisse. Hic scilicet lex Euangelica fuit designata, quæ nullum in se continet onus, & vix grauat eos, qui eidem se submilere: ipse namq; Deus, vt ita dicam, iis succollat, cooperatur, coadiuuat, gratias quasdam singulares imperitur: atque in eo præfertim eminentia, dignitas, perfectio, & maiestas Euangelicæ legis continetur, quæ cuncta Dominus hoc exiguo mandato comprehendit, *Duc in altum.*

O altum vere admirabile & vere altum! nondum ego te ingenii mei bolide potui attingere, altius adhuc vrinandum est, & noui conceptus producendi, antequam ad altitudinem tuam & summitatem pertingamus: *Duc in altum, id est, ad plenitudinem legis accede.* Dominus igitur Petro imperans vt in altū duceret, tropologicè dixisse visus est, se illi dare potestatem in plenitudinem legis ingrediendi, & venisse tempus quo non iam ceremoniarum & figurarum littora radenda essent, sed in alto legis oceano euagandum, tempus inquam, quo vmbra omnes essent complenda: quoniam lex antiqua vacua erat & inanis, altitudo vero & soliditas profunda, legi Euangelicæ referuata. Quod Paulus Epistola ad Galatas obiter attingens ait, *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum:* quasi diceret, omne quod Christi aduentum præcesserat tempus, inutile fuisse ac vacuum.

Erathaud dubie lex Mosaica inanis ac inefficax, & gratiæ cōferendæ inutilis, ex opere inanis operato, atq; hæc forsitan ratio est cur Paulus Epistola ad Galatas *infirmam & egenam elementa* vocauit. In cuius rei figuram voluit olim Deus, vt holocaustum altare inane foret ac vacuū, non vero solidum: vt in Exodo legere

Psal. 135.

Lex antiqua & noua cōparata duobus mundi luminaribus.

Psal. 18.

Apo. 1.

Exod. 34.

Acto. 15.

Mat. 11.

Gal. 5.

Lex vetus grauis.

Mat. 11.

1. Paral. 5.

legere est. Non solidum sed inane & vacuum intrinsecus facit illud: quod sacrificia legalia, atque adeo vniuersa lex inanis esset, nihilq; solidi contineret: hinc Ionæ denotata fuit per cucurbitam, quæ intrinsecus inanis est ac vacua: quo enim loco vulgata legimus, *Præparauit Dominus Deus hederam*, Septuaginta interpretati sunt, *Præcepit Dominus cu urbita*, hanc porro legis veteris typum & figuram fuisse testatur a Hieronymus simul & b Augustinus: ideo quoque Dominum in Euangelio dixisse auguror, Marth. *Non veni legem soluere, sed adimplere*: quo loco adimplere loco perficere accipiendum est, vt bene notauit B. e Cyrillus Alexandrinus & cum illo d Hieronymus, verbis illis Apostoli Roman. 10. *perfectio legis Christi*, persuasi. Vt igitur paucis omnia complectar, cum præteritum non nisi mere vacuum fuerit, solidum vero & plenitudo legi Euangelicæ referuata sint, merito s Petro in cuius humeros vniuersa moles & rerum pondus contextum erat, a Domino præcipitur, vt relictis figuris & vacuo, ad altum, plenitudinem & legis perfectionem pertingeret.

*Duc in altum*, Notum quid ac longe sublimius hic occurrit, *Duc in altum*, id est, Penetra in posterum mysteria fidei, scripturas interpretare, religionis Christianæ adyta reuela, euidenter & luce meridiana clarius, q lex verus, quo ad diuina ac sacrosancta mysteria tam obscure, ænigmatice & inuolute proposuit, expone. Vidisse se Angelum Ioannes tradit, qui stentoream edebat vocem, & postquam clamare desisset, septem tonitrua vocem dedisse, *Et cum clamasset, locuti sunt septem tonitrua voces suas*. Quo loco Rupertus verba illa, *locuti sunt*, penitus ponderans notauit, post Angeli vociferationem tonitrua vocem quamdam dedisse: eo quod ante Messia aduentum Prophetæ quidam de fidei mysteriis loquebantur, verum adeo tenebrosè & intricate, vt sine villo sensu, verborum ordine, artificioque ad intelligendum composito, eadem proposuerint: vt non verba ab homine prolata, sed tonitrua boantia viderentur. at post Iesu Christi aduentum, tam lucide & liquide fidei mysteria & arcana Apostoli exposuerunt, vt non tonitruum, sed

Tom. 2. Pars Æstius.

hominum instar locuti videantur. In huius *Exod. 19.* rei significationem legem Moysis in monte *Exod. 4.* Sinai cum tonitruum boatu & densa caligine latam credo: Moysen quoque legis antiquæ Cur Moysen symbolum, balbutisse. at in nouo testamento scilicet blasus. Spiritum S. in linguarum forma super Apostolos descendisse, vt ipsi eadem fidei mysteria, quæ adeo obscure, in lege antiqua promulgata erant, quæq; Moyses balbutiendo aperuerat: euidenter voceliquida, ac lingua soluta proloquerentur.

Quod exemplo faciam manifestius. Ieremias, profundissimum & inuolutissimum & Trinitatis mysterium aperturus, se mutum confiteretur, ac lingua destitutum, *â, â, â. Do- lerem. minus Deus nescio loqui, quia puer ego sum*. Tercio *â* repetit (quod incondita & imperfecta vox infantis ac porius stridulus quidam accentus) trinas in SS. Trinitate personas vt denotaret: at Apostoli de eadem distincte, clare, perspicue, ac sine villo vocis impedimento locuti sunt. *Tres sunt qui testimonium dant in caelo. Pater, Verbum, & Spiritus S.* Ecce egregium in Isaia conceptum. Præceperat huic Deus, vt magnum in manus volumen sumeret, quo sumpto ait, *Et scribe in eo stylo hominis, & characteribus grandiusculis, vt ab omnibus mortalibus commode legi queant*: quo aliud non credo designatum, quam mysteria, quæ tot annorum millibus sub tot visionum ænigmatibus, inuolucris, figuris, sensibus obscurioribus vt nec doctissimi quique intelligere illa potuerint, inuoluta fuerant: Iesu Christo cuius aduentus iam promissus erat, iam mundum veniente tam liquide & euidenter elucidanda, vt & stupidissimi quique & obtusissimi eadè sint percepturi. Hodie huiusce rei initium cernere est, *Duc in altum*.

Denique pro vltima horum verborum *egregia* positione, aio *Duc in altum*, aliud non esse, loci huius quam *Duc in maiorem diuinorum mysteriorum cognitionem*. Maior siquidem & perspicacior interpretatio. in lege noua mysteriorum est intelligentia, quam olim in lege Mosæica: figura sint mystica illa animalia, quæ Ezechielis olim demonstrata fuere, quæ non nisi quatuor habebant alas, sed eadè Ioanni deinde in Apocalypsi demonstrata, senas habuisse alas visa sūt: quo mystice, gemina in posteriori visione

p ne

Psal. 138.

ne singulis ala adiuncta, maior & amplior rerum diuinarum cognitio, cuius ala symbolum, noui Testamenti Patribus communicauda designatur. Hinc Psalmista cecinit. *Et nox sicut aures illuminatur.* Id est, in lege gratiae iam aperte mysteria patebunt, vt soli meridiano in claritate non sit vel minimū concessurum Euangeliū, cuiusq; respectu lux scripta nō nisi mera tenebra, caligo, nox; nebulae fuit. Et sane Rabini omnes & scribae atque inueterati legis Doctores & interpretes, nō nisi idiotae, bardi, infeci & asini fuere cum Apostolis comparati: nec etiam mirandū est, si doctiores, superitioresq; exstiterint, cum a Deo ipso edocti sint, cuiusque in ludo laurea Doctoratus insigniti. Testabitur hoc vnus illorum Paulus, *Multifariam, multisq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio.* Quis autem adeo obrusa mentis, adeo stupidus ac vecors sit, qui sub illo Doctore & magistro difficillima & abstrusissima quaq; non intelligat, & ad medullam vsq; mysterii non penetret: Atque hoc erit illud, *Duc in altum.*

Ier. 23.

Ceterum Apostolus Petrus & reliqui tam profunde diuina arcana mysteriaq; ingressi sunt, & tā in altum cymbam duxerunt, vt in sacris literis cōli Deiq; discipuli nuncupentur: in Isaia enim, qui ad literam de Ecclesia sermonem instituit, *Eccc. inquit Dominus, sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & petras tuas in lapides sculptos, & uniuersos filios tuos doctos, a Domino.* Septuaginta conuertere dicitur: *Et hoc, id est, discipulos Domini, verum discipulos tanta scientia mysteriorumq; notitia insignitos, vt & Angeli deinde multa ab iisdem hauserint, eorumq; discipulos se profiteri non dubitarint, multa ab illis, quae nefando quidem audierant, discendo.* Hoc Paulus asserit, gloriaturque se non Angelos modo & Archangelos, sed Principatus & Potestates caelestes edocuisse: *Mibi, inquit, omnium sanctorum minimo, data est gratia a hac in gentibus euangelizare, inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quae est dispensatio Sacramenti absconditi a oculis in Deo, qui omnia creauit, vt innotescat Principatus & Potestates in caelestibus per Ecclesiam multiformis sa-*

Ier. 54.

Ephes. 3.

pietia De: In quae verba commentatus Angelicus Doctor Thomas, obiter ait, *Non videtur ergo irrationabile, quod doceant Angelos Apostoli, qui immediate a Deo sunt edocti.* Haec aliaq; Christus praeficiens & animo voluens, & quasi tangere non nihil vellet, Petro ait, *Duc in altum.* Perinde ac si dicere voluisset, tummi in vetere lege Pontificis, Petre, scientia si cum illa, quam tibi dabo, conferatur, nulla est & futilis: ages quippe ingenii tui cymbam tam profunde & ita alte in scientia & intelligentia Oceano, vt & Angelos edocturus sis. At plura fortasse quam par erat, iam dixi, alias alia, & *altum* hoc nimis cymbam conacionis abripuit, iam portum verius velificemur, & sinem piscationi imponentes litus petamus.

Cōclusio.

Finem itaque faciamus, Auditores, & Apostolica huius piscationis occasione proposita documenta repetamus: cogitemus, inquam, mundum hunc mare esse & oceanū tempestatibus agitari solitum: nos vero pisces: piscatores, diabolos. Notemus quoq; in sagena Petri & non alia pisces hos concludi: in sola siquidem Ecclesia salus reperitur, & animarum piscatio instituitur, extra illam vero omnis captura, quae e myoparonibus, & praedatoriis haereticorum nauigiis sit, mera perditio, ruina, exitium & impostura. Perpendamus eadem opera, quomodo Apostoli, postquam integra nocte laborassent, nihil ceperint, sed die adueniente & Deo auxiliante, concluderint piscium multitudinem copiosam: quo edocemur, fieri non posse, quidquam vt capiamus, non gratiam, indulgentiam, merita, non denique vllam pro opere pio mercedem, quandiu in nocte peccati versamur. Simul hocce miraculum excutiamus, vt nimirum solo iussu tot comprehensi fuerint pisces, vt duo repleta sint nauigia. Meminerimus denique, Apostolos in Dei nomine retia laxantes, felicem piscationem instituisse: discamusque quo faustum negotia nostra exitum sortiantur & optatum, a Deo semper esse inchoanda. *Ab Ioue, principium.*

Ita porro fieri, æquum est & consentaneū rationi, Deus æterne, & omnes ad ipsum haud dubie Christiani tenentur: tu siquidem omnium rerū habenas manu libras, & prout librum.

libitum erit, easdem laxas aut contrahis, sine te enim & tuo numine quidquam fieri negamus posse. Tibi quippe viuimus, per te mouemur, à te pendemus, à te esse nostrum sortimur: quod euidenter hodie declarasti, cum tantam tuam esse in mare, quantam in terram, potentiam demonstras. Summum naturæ Dominum & rectorem hodie te ostendis, cum & pisces in vnum coacti locum, & imo excitari, in illis tuis obsequantur. Tu non sine miraculo Petri nauigium comples, re ipsa declarans, quod verbo olim docueras, regnum cælorum, id est, Ecclesiam, simile esse sagæ missæ in mare, ex omni genere piscium concludenti: simul & veteres figuras adimplens. In Arca namque Noë omne animalium genus collectum erat, & hodie omne naturale Petri nauigium ingreditur: è quo liquido colligere est, omne peccantium genus in Ecclesiam mittendum, in qua & poenitentiam agerent, salutem sibi acquirerent, itaque recta ad virtutem tenderent, æternam sibi tandem aliquando beatitudinem comparaturi: cuius confortes nos faciant Deus Pater, Deus Filius, & Paracletus Spiritus. Amen.

## DOMINICA QUINTA POST PENTECOST.

Partitio.

- I. Veteris ac nouæ legi dispar comparatio.
- II. De Pharisæica iustitia.
- III. De homicidij immanitate.
- IV. De iratum iustitiam dira.

*Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Matth. 5.*

## FIGURA.

Secundus Israëlitarum Rex David, debiti honoris vindex, & iusti obseruantissimus, iniquo ferebat animo, si cui suorum domesticorum legatorumque iniurias & contumelias irrogari cerneret: quin & indignabatur, tandem aliquando vindictam tempore suo de iisdem sumpturus: atque hinc Ammonitas, quod legatos suos ignominiose habuif-

sent, & egregia contumelia affecisset, interuentione propemodum deleuit. Simile quiddam hodiernum nos edocet Euangelium, in quo magnum illum David, Iesum Christum inquam, honoris sui Zelo incensum, & honoris suorum studiosissimum cernere est: dum nimirum proximo vllam iniuriam, contumeliam, ignominiamque irrogari verat, eique ne bilem quidem aut stomachum velit moueri. Quod qui diligenter obseruat, nã ille Euangelicam perfectionem est assecutus: sin minus Pharisæicam & fucatam quãdam iustitiam visus est affectasse. Hanc hodie telam pertexere est animus. Spiritum Paraclætum, qui succurrat, & gloriosissimam Deiparam, quæ patrociniò iuuat, idcirco compellemus: quare Angelicam salutationem in genua prouoluti recitemus:

Ave MARIA.

Quemadmodum Cosmographi & Physi- I. ci, mundi huius machinã describentes, can- Mundus dem in duas regiones ac sphæras dispersiti in duas sunt, quarum hanc elementarem, alterã celestem nominarunt: ita & Theologi, huc al- partes di- uisus. ludendo vniuersum bibliorũ corpus in duo Vtrumque; testamenta, nouum & vetus discreuerunt, testamen- quæ duabus illis mundi regionibus quam o- tũ duabus prime respondent. Nam vt regio cælestis e- mundi re- mentari multo est dignior ac nobilior, ita gionibus quocumque nouum Testamentum veteri, tum per- collarum. fectione tum dignitate excellentius. Elemẽ- taris siquidem regio & corruptionibus, & impressionibus meteorologicis obnoxia est: cælestis iisdem caret, & nunquam mutatur; ita quoque præcepta & ceremoniæ veteris Testamenti abrogatæ sunt, nouũ vero Christi promissioni innitendo, nunquam violabitur aut interrumpetur. Quia & cælestis illa regio comprehendit solem facem illam rutilantissimam, luminis auctorem, motus omnis principem ac principium, ab illo terra illuminatur, splendorem habet ac fulgorem. Ita quoque nouum Testamentum complectitur in se Iesum Christum, fontem omnis gratiæ ac principium, & ab illo vetus, omne suum bonum ac felicitatem comparauit. Denique vti cælum nebulas dispellit, caligines discutit, & ab elementis tenebras